Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ratis uictus ē. Hinc ē qđ expulsus ab homine cū septē
alijs nequioribꝫ redire describit. Qui custodiunt
mandata dī. Quibꝫ scilicet in lege precipit. nō occi
des. nō furtū facies. & cetera his similia. Et habent
testimoniū ihū. id ē fidem retinent corde & ornam
opere. Cum his quippe diabolus maximū habet con
flictū. iuxta illud apli. Oms qui pie uiuere uolunt
in xpō ihū. p̄secutionē patiuntur. Sustinent q̄ppe
& reprobi mala. sed nō aduersus eos diabolus intorquet
bellū. quod nequaquā fieri potē. nisi inter duas par
tes contrarias. Sed cum dicit primū qui custodiunt
mandata dñi. & deinde infertur. & fidē ihū. sic ui
deatur hec uerba sonare. quasi ante fidem bona op̄a
ē possint. cum prius sit credere. ac sic deinde fidem
operibꝫ fulciri. Sed sciendū quod ideo mandata prius
ponuntur. quia karitas quę in mandatis constat.
maior ē omnibꝫ uirtutibus. licet fides sit ianua ad
dm. Vnde apls. Hinc manent fides. spes. karitas.
tria hęc. Maior autem horū ē karitas. Quare maior.
Quia cetera transibunt. karitas p̄manebit in electis.

Et steterit super arenam maris.

Notandū autem quod idem draco nō sup petram
sed sup arenam stetisse describit. Cunctis enī liquet
quia serpens in petra uestigiū habere nō ualet. in ha
rena uero quęq; loca teneritudine signa sui corporis re
linquit. quia uidelicet in cordibꝫ scōrum quę uolup
tates nullę emolliunt. locū diabolus nullū inuenit.
Cōtra gressū in arena figit. quia mentes quas humor
carnalis ēcupiscentię emollit. inhabitat. Hinc adno